Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



88

nunquam per suspectam personam · nec quolibet modo ei aliquam
do aliquid det · aut tribuant occasione habendi · uel certe si hoc
facere voluerint et aliquid offerre voluerint in elemosinam
monasterio pro mercede sua · faciant ex rebus quas dare volunt
monasterio donationem · reservato sibi si ita voluerint usufructu
etiamsi Ita omnia obstruantur · ut nulla suspicio remaneat
at puero per quam deceptus quod absit perire possit · quod ex
perimento didicimus Similiter autem et pauperiores faciant
Qui vero ex toto nihil habent · simpliciter petitionem faciant ·
et cum oblationem offerant filium suum coram testibus De
sacerdotibus qui voluerit habitare in monasterio · Capitulum lxxx

Capitulum 60.

Si quis de ordine sacerdotum in monasterio se suscipi de
gauerit · non ei citius quidem assentiat · Tamen si om
nino perstiterit in hac supplicatione · sciat se omnem regule dis
ciplinam seruaturum · nec ei aliquid relaxabitur · ut fiat scrip
tum est Amice ad quod venisti · Concedatur ei tamen post ab
batem stare et benedicere · aut missas tenere · si tamen iusserit ei
abbas Sin alias · nullatenus presumat aliquid · sciens se disci
pline regulari subditum · et magis exemplo humilitatis omnibus
det Si forte ordinationis aut alicuius rei causa fuerit in mo
nasterio · illum loci attendat quando ingressus est monasterium ·
non illum qui ei pro reuerentia sacerdotii concessus est Clericorum
autem siquis eodem desiderio monasterio sociari voluerit · loco
mediocri collocetur · si promittat tamen ipse de obseruatione
regule · uel propria stabilitate De monachis peregrinis qualiter
suscipiant · Capitulum lxxxi

Capitulum 61.

Si quis monachus peregrinus de longinquis prouinciis superuenerit · si pro hospite
voluerit habitare in monasterio et contentus fuerit consue
tudine loci quam inuenerit · et non forte superfluitate sua per